



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Opis imploratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Alienus omne, per tot atates, per tot secula, in quietioris vite provincias continenter effluxit. Cum vero super Cherubim federe ponitur Deus, intelligitur de summa scientie plenitudine, que tum Angelis, tum viris insigni pietate preeditis superastiit, de qua Salomon Proverbiis: Anima eius sedes Cap. 24. sapientia. At scabellum a somno sede diminutum, humilitatis & subjectionis, inquit Eucherius, indiciu est, ut in Psalmo: Donte ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Accipitur & pro Christi humanitate, ut: Adornate scabellum pedum ejus. Nam & pedes pro Filio ponuntur in Divinis, sicut Patet, de quo loco suo.

DOCTRINA. CAP. IX.

Plerisque vero hieroglyphicis cathedra doctrine significatum habet, atque ita D. Hieronymus, & Per cathedram quid. Mactb. 23. plerique omnes interpretantur locum Evangelicum: Super cathedram Moysis sederunt Scribae & Pharisei. Ita illud Psal. 1. Et in cathedra pestilentia non sedit, quod pro doctrina non sana interpretatur Euthymius, Hæreticorum ait Eucherius: beatiq; porro illi habentur, qui pro sceleratis non steterint, & cum impiis atque perverfis minime sederint. Quamvis pro pestilentia nonnulli accipiant, derisores, & pro cathedra, societatem ponant: ut sit, neque commercium habuit cum iis quorum ingenium & doctrina omnis eludendis decipiendisq; mortalium animis exercetur. Quod vero Paraphraste nonnulli scripserint, neque focus fuit eorum qui studio faciunt male, multo minus eo demerentia pervenit, ut impostorum illi vita placuerit. Latinum est omnino: Assidere cupiam, pro socium esse, vel similem, vel imitatore. Hinc Horatius in Epistolis.

Parcus ob heredis curam, nimiumque severus Affidet infano.

hoc est, par, vel focus, aut similis est infano. Sunt qui cum superiore significato consentientes, per cathedram hoc loco perseverantiam, & firmitatem in malis operibus significare velint. Nam desiderare, unde deses & desidia contationem indicat hujusmodi.

CONSULTATIO. CAP. X.

Quin & consultationem per seium ex Aegyptiaca doctrina significari manifestum. Vulgatumque apud nos illud de Romanis, Sedendo eos vicisse, quod ea consilia referunt eruditi, ut apud Plautum is, qui nimio plus sapere se sedentem asserit, & quod apud Maronem: Turnus sacra valle sedebat, legitur, exponit Servius, federe est consilium capere. Multaque apud alios etiam in hanc sententiam. Non otiose positum est in sacris concentibus, Psal. XLIX. Sedens adversum fratrem tuum obloque- ris, id enim κατὰ λαλῆς indicat. Sedens, hoc est, consulto, non subita ira aliqua percitus, non dolore concitatus, non repentina aliqua re commotus, sed animo conquiescente, & sponte de calumniis agitante, vel aliquid quod obesse posset, excogitante.

CESSATIO. CAP. XI.

Neque desunt, qui federe pro cessare ponunt, Horatium secuti, qui de pusillanimo dixit:

Sedit qui timuit, ne non succederet. Epistolarum. lib. 1. epist. 17.

Ut stare, ad expeditionem, paratum esse interpretantur. Ita Maro:

Stat ferri acies mucrone corusco, Stricta parata neci.

Ita pro deside sedentem, vel qui nihil attentet, intelligunt.

OPIS IMPLORATIO. CAP. XII.

Illud non omiserim, implorantium opem fuisse morem apud hospites, quos adissent, in foro consistare: quod apud Alcinoium fecisse Ulysem Homerus scribit, neque dissimulavit Apollonius. Et Martii Coriolani patria profugum, Actii Tullii Volscorum Principis supplicem factum ad forum sedentem scribit Dionysius Halicarnassæus. De Themistocle quoque in exilium abacto, talia invenies apud Græcos historicos.

ÆDILIS CURULIS. CAP. XIII.

Erant vero sella eburnea proprium Ædilium Curulium hieroglyphicorum, quod quidem quoniam alii aliquot Magistratibus debebatur, animadvertendum apud Plutarchum in Mario, duos apud Romanos Ædilium ordines fuisse, quorum alter sella, quæ curvos pedes haberet, utebatur, in qua sedentes jus dicebant, huicq; honori aderat Magistratus nomen, Inferiorem, alterum Popula-